



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.29. Lacrymis. Efficaces sint lacrymæ, quibus anima fiat Dei thronus & emundetur efficacius quam aquis torrentis Cison.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

entium millicies, & illas in septuplum soluit re-  
 minima quam ventus in aëta spargit. Quod est  
 hoc minimum tantæ virtutis tantæque poten-  
 tiæ? Ergo conijciam (inquit D. Petr. Raban. quem  
 sequitur doctissimus Nicolaus: ) peccati debito  
 quale comparandum? Vnicum morale tantum  
 inducit ut illius reus de iorem se statuat pre-  
 tij adeo excessiui, ut quodlibet aurum, argentum,  
 gemmæ, creaturæ, licet Angelos adiunxeris non  
 sint æquale pretium. Si tale sit) vnus tantum-  
 modo peccati debitum, quantum augebitur,  
 dum tanta multiplicatur, ut videantur infinita?  
 Hoc tibi sit compertum, quod re modica & vi-  
 lissima soluat in septuplum. Quæ enim hæc v-  
 nica cordis contriti lacryma, cuius est tanta po-  
 tentia, ut licet peccata debitaque fuissent septies  
 multiplicata, illa sola & vnica soluerentur: cum  
 ipsa sola sufficeret ut ex integro perfectèque re-  
 mitterentur. An dari potest præclarior maiori-  
 que potentia?

VI.  
 Vna la-  
 cryma  
 gehennæ  
 delere  
 potest in-  
 cendium.  
 D. AVOVS,  
 In ps. 94.  
 Tom. 8.

Euge age charissime: sic te monet Augustin.)  
 an ignis accensus est in anima tua ex peccato  
 vehementior plora: an anima tua li. idinosa lu-  
 xuriam ardet incendio? tua quoque fenerator  
 ardore diuitiarum? & tua similiter vanis deside-  
 rijis honorum ardore? Funde lacrymas: Ardes  
 fortasse concupiscentiâ delicti? lacrymis extingue  
 flammam peccati. An non efficax est aquarum po-  
 tentia, quarum vel vnica gutta totum hoc incen-  
 dium potest extinguere? vis igitur ignis infer-  
 ni, ut satis notum est ex eo quod intelligimus,  
 sola sufficit ut ipsos omnesque demones ultra  
 modum excruciet, quorum tanta est vis & effi-  
 cacia, ut omnis totius mundi ignis in vnâ con-  
 gessus ex natura sua nec minimum eorum tene-  
 re posset & adurere. Omnes aquæ creatæ à Deo  
 & creati possibiles vnâ nequeunt scintillam ignis  
 illius extinguere: imo talis est ut ex ipsis aquis  
 ardor accresceret, sicut ignis ille qui cecidit su-  
 per Ægyptios, de quo testatur Salomon, eum ip-  
 sis aquis acius animari: ignis hic est, quem in-  
 terprete D. Hieronymo, descripsit vates Isaias in  
 figura illius qui succensus est in valle Tophet  
 ad immolandum sacrificium omnium supremum  
 filiorum quos parentes vnice diligebant. Idolo  
 Moloch qui interior æreæ illius statuæ parte  
 vacua, concludebatur igneque consumebantur:  
 imo multo futurus est efficacior. Etenim hic ab  
 hominibus incendebatur, quibus vires sunt infir-  
 mæ, suisque eum statibus excitabant qui paula-  
 tim deficiebant, & lignis alebatur quæ consu-  
 mebantur: hunc verò Deus potentia succendit  
 infinita, suo excitat statu qui nunquam fatiga-

In c. 30.  
 Isai. ad fi-  
 nem.  
 VII.  
 Allegoria  
 de To-  
 phet.

tur, & sulphure picæque perpetua fouebitur, quæ  
 finem nunquam sunt acceptura: preparata est ad Isai. 30. 18.  
 heri Tophet à Rege preparata profunda & dilatata.  
 Nudimenta eius ignis & ligna multa. Flatus Domi-  
 ni sicut torrens sulphuris succendens eam. Expenda-  
 mus loquendi modum: sumitur enim Metapho-  
 ra à fabro qui sufflaret fornacem talibus quidem  
 follibus, ut pariter ventos excitarent vehementes,  
 ac picem & sulphur subministrarent ad dētū-  
 simum. Idcirco non semel vocat D. Ioan. inferni: Apoc. 19.  
 Stagnum ignis & sulphuris. Ignis talis est ut om-  
 nium ignium picis ardor, tragus coram eo esse  
 sentiantur: proli qualis hic ignis? Nihilominus vi-  
 res obstupescere lacrymarum, quarum vel vna to-  
 tum hunc extingueret, si super illum ut decet,  
 incideret: Ita ut si ex omnibus oculis omnium  
 damnatorum non nisi vna profunderet de corde  
 verè contrito, æternum illum ignem esset extin-  
 ctura, ipsum Gehenna incendium (sic opusor cum  
 D. Chrylōst.) extingueret nonnulli lacryma. O poten-  
 tiam Angelica superiorem.

§. 29. Lacrymis. Efficaces sint lacrymæ, qui-  
 bus anima fiat Dei thronus & emundet  
 efficacius quam aquis torrentis Cilon.

Nemo non miratur argumentum D. Hier. 80. ad  
 agentis de Baptismo, ubi virtutem aquarum Ep. 83. ad  
 explicat. Omnibus obuium est, inquit, Pri- Ocean  
 mum omnium à Deo in hoc mundo viuib. vel-  
 ut fundamentum eorum quæ producenda erant,  
 fuisse aquas: quamuis enim in principio create-  
 rit cælum & terram: terra tamen aquis erat in-  
 undata & Spiritus Domini ferebatur super aquas: Gen. 1. 2.  
 alia lectione scribitur: Incubabat super aquas: de-  
 ducta metaphora, a. auæ, quæ cuius incubat, illa  
 sui pectus calore fouens quo tandem pul os ex-  
 cludit. Fuerunt aquæ velut ova quibus Spiritus  
 Domini incubabat: qui est amor diuinus quasi  
 excludens ipsæque virtutem tribuens & eas dis-  
 ponens, ut illis omnis creatura produceretur, sic  
 Diuus Hieronymus: quia ex illis ortus videtur  
 mundus, imo ipsum cælum & potissimum cry-  
 stallinum, quod super cælos planetarum est & creatus  
 super illud est Empireum quod est Dei sedes & est mun-  
 dus.

Hoc declarat Diu. Hieronymus, quia cælum  
 hebraice dicitur: Samaim, nomen sumptum ab  
 aquis quæ hebraice dicuntur Maim, & idem est  
 Samaim quod Ibi aqua, & hoc verificat per cæl-  
 um crystallinum, quod Deus ex aquis produ-  
 xit: & qui cæteris supereminet qui sunt plane-  
 tarius.

*Ps. 148. 3.* tatum & stellarum, ait David: *Aqua omnes que super calos sunt.* Hoc cælum opinatur D. Hieronymus SS. literis vocari firmamentum: etenim ipsum est ex cuius motu pendet motus ceterorum calorum, elememorum, vinentium, & totius mundi gubernationis. Quis aquarum explicet potentiam: sunt etenim illæ, quæ virtute diuina omne bonum producant vniuersi, & ipsos calos: quatenus intelligamus vires lacrymarum, quæ de vera profluunt contritione: nam super illas & in illis fertur spiritus Domini: *Spiritus Domini ferebatur super aquas:* & quasi illis incubas vim eis tribuit stellarum produendi virtutum, calos charismatum diuinorum, vitamque gratiæ in anima. Ex hoc inquit exponere licet visionem illam a Deo difficilem Ezechielis de animalibus illis non minus prodigiosis quam fortibus, ac admirandis quæ Cherubin inscribuntur. Super quorum capitibus statutum erat firmamentum:

*Ezech. 1. 22.* *Similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis & extensis super capita eorum desuper.*

**II.** Quinimo si progrediatis ulterius inuenies, super illud cælum crystallinum suum Deo thronum constitui: Et super firmamentum quod erat inminem capiti eorum, quasi similitudo throni etc. Quis virtutem aquarum exprimat elegantius? Primò hoc cælum aquarum sub se habet capita Cherubimorum, & in eo inuitur thronus Dei: desuperque ei præparatur: & nihilominus horribile erat & pauendum visum: ut ostendatur talem esse virtutem lacrymarum, quæ nedum excedat Cherubimorum potentiam sed eorum etiam capita & intellectus: non enim sufficiunt vires eius comprehendere, quo vsque scilicet perueniat: tum animam efficere cælum queat, esse illi tradere gratiæ diuinum super omnes calos, quo præparetur ut in ea Deus erigat sibi thronum velut in cælo mundissimo & clarissimo.

**III.** An hoc te fugit, inquit præfatus doctor, regnum Salomonis origine nomenque ab aquis suscepisse? *Regnum Salomonis nomen sumit à fontibus.* Adonias regnum ambierat fastuque tumidus dixerat: *Ego regnabo.* Præcepit David hoc impediri & Salomonem coronari: ut autem det illius regno principium, mandat Salomonem duci ad aquas fontemque Gihon & ibidem in regem coronatum exaltari: regnumque inchoari in cuius rei signum, ad aquas illas vox illa omnium audiat: *Vivat Rex Salomon:* An ergo cogitas facinus hoc à Davide præscriptum mysterio carere singulari? Nequaquam:

etenim in filio suo Salomone Christum prævidit, cuius regnum sunt animæ in quibus regnat; Adonias id est Diabolus illas sibi subingaturat & in eis regnare ambiebat. Quid acturus ab aquis ut illum expellas, & Christus ut Rex & Dominus introducat? Quis huic portas aperiet animamque sternet? Fons lacrymarum: quando iam anima sua incipit desere peccata, colligere certò potes quod Salomon huius regni possessionem accepit illique acclamare: *Vivat Rex.* Huius rei ratio festinè cognoscitur: quia lacrymæ de corde contrito effusa, virtute diuina conuertunt animam in cælum, & de abyso nequiarum, & cloaca fordium eam reddunt instar crystalli limpidissimam, in qua sedem suam diuina potest erigere puritas & munditia collocare, Israelitæ demerso Pharaone ascenderunt per desertum Sur vbi ex mente Diui Hieronymi occurrit Angelus Azar à Domina sua Sara fugienti; Hic aquas offenderunt amaras: Vnde loco congruum nomen impositum Mara. Inde de transgrediuntur & venerunt: *In Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum & sexaginta palma, & castra metati sunt iuxta aquas.* Centum erat quod transeuntes aquas amaras, palmis occurrerent victoriz Symbolis; tunc etenim, ut Dicit Hieronymus. Crede quod locum obtinebis de hoste victoriam, quando verè aquas transferis amaras, verè dico penitentia lacrymas, quæ in Sacra pagina dicuntur: *Amari tudines aquæ amarissimæ,* & quàm primùm illas, tunc transiens fontibus occures consolationis, non vni quidem sed duodecim: *Duodecim fontes,* vbi gaudio totus delibutus, quia iam amicum Dei te cernis, bibere poteris aquam diuinorum illius doctorum & summo requiescere refrigerio, quo lababeris, eo quòd te videas in statu longè felicissimo.

Ut mirabilem lego virtutem torrentis illius Cison, de quo meminit sermo diuinus in libris *Es. 81.* Judicium, & David in suo salterio. Erat terra illa promissionis quæ dicebatur terra sancta Torrens & terra Dei, repleta cadaveribus vilissimis Cisonius Gentes Chananeorum, qui contra Dei iustitiam arma sumperant offensua, & morte perterriti infortunata. Cum autem tanta vbiq; sparsa iacerent cadauera, timendum erat ne ex corruptione lues oriretur contagiosa: huic occurrit malus Deus, & tantum cælitus dimittit aquarum imbrem, quibus adeo intumuerunt torrentes Cison aquæ, ut omnia sustulerint cadauera & terram emundarint, abluerint, nitidamque reliquerint, idcirco namque ad tantam

Zzzzzz rei

**III.** Regnum Salomonis ortum apud aquas.

3. Reg. 1. 19.

*Iud. 5. 21.*

rei memoriam carmen hoc cecinit Debbora Pro-  
phetissa: *Torrens Cifon traxit cadauera eorum.* O  
anima terra Dei, heu quor in illis tuis campis ia-  
cent prostrata cadauera? Quot scelera? quot ini-  
quitates? intellectus turgēt traditionibus dolif-  
que contra Deum & proximum: voluntas affe-  
ctu repletur tetrenis irascibilis potentia conspi-  
rationibus: concupiscibilis turpidinibus, o-  
culi desiderijs, lingua detractionibus, manus  
petentis negotijs, pedes inordinatis passibus in-  
compositi. O anima quam plena cadaueribus,  
verendum ne pestis mortisque eternæ discrimen incurras, ad quod confugies agra reme-  
dium? Prouideat Deus per misericordiam suam  
de celo pluuia, effusus intelligo verasque lacry-  
mas. Pluuia ex eo procedunt, quod sol terram  
sua luce penetret & vapores attollat in altum,  
qui in nubes condensati aquam demittunt in  
terram. Veræ sunt illa lacrymæ, quæ proce-  
dunt ex eo quod sol iustitiæ animam illumi-  
ninet, peruersum illi suum patefaciens statum:  
hinc huius virtute solis attolluntur tristitiæ va-  
pores & dolores in caput ubi in cerebro con-  
densantur & per oculos effluunt extensis. Quan-  
do illæ pleno decurrunt gurgite omnia pro-  
sternunt cadauera, omnia abripiunt peccata,  
vt nec vnum omittant manetque terra limpi-  
da, nitida & pura vt crystallum eam esse dixe-  
ris.

VII.  
Magda-  
lenæ la-  
crymas  
appro-  
priantur.

D. PETR.  
CHRYS.  
Serm. 92.

Exemplo tibi sit Magdalena. O quantis hæc  
terra pol'ura cadaueribus: *Erant peccatrix in ciui-  
tate:* omnia vitia in illam irruerant. Iudicant iu-  
dæens Phariseus, vt Christi pedes attingeret, &  
adhuc indecentis, quod Christus consentiret  
quod tale os taleque manus illius pedibus in-  
figerentur. O Simon (ait Saluator nollet) quam  
multa ignoras. Iam etenim nullum hic cada-  
uer nec paruum nec magnum: quare? *Remittun-  
tur ei peccata multa.* Quis hoc egit? Quis hoc  
agerec (quærit D. Petrus Chrysol'ogus: ) nisi tor-  
rens ille lacrymarum? *A maximis peccatorum for-  
dibus largissimo lacrymarum fonte purgata est &  
hoc ipse Dominus ait: Videt hanc mulierem? Vi-  
des illas lacrymas? sunt illæ torrens Cifon: ete-  
nim omnia traxerunt cadauera peccatorum;  
ipsa verò effecta est Seraphin amore flagrantif-  
sima: Dilexit multum: facta est calum; in quo  
possum quiescere multo iucundius, quam in do-  
mo tua, atque in ea inuenio quod me delectat,  
magis, quam in tua, illaque plura mihi quam tu,  
præstitit obsequia. Quid illam calum reddidit  
crystallinum, ubi suum Deus thronum sedemque  
collocaret? aquæ lacrymarum. Lacrymarum*

obstupescio potentiam. Porro ex altera parte  
ait propheta quod sunt: *Aspectu crystalli horri-  
bilis:* nihil etenim ita Satanas exhorrescit ni-  
hil magis reformidat, nihil ita vires enervat  
quam lacrymæ: solo earum aspectu fugatur,  
eiusque in eis capita demerguntur, sic psal-  
lente David. Quocirca Magdalena præscia fu-  
turæ persecutionis diabolicæ, si Christum se-  
queretur ad lacrymarum confugit moesta poten-  
tiam.

§. 30. Lacrymis. Bona sunt illæ lacryma pro  
peccatis effusa, illasq; te diebunt effundere  
Agricola, de quibus Amos Propheta.

EX præfata doctrina inferre Diu. Cyprianus <sup>82.</sup> <sup>Li. de lap-</sup>  
conclusionem aliquam, quam SS. Patres <sup>si.</sup>  
vt primum statuunt principium & delecta-  
rat Diuus Augustinus præclaris argumentis & Serm. 151.  
comparationibus: nam proprie super peccata ex <sup>de tem.</sup>  
ratione peccatorum effundi debent lacryma. I.  
Ratio prima producitur à priori vt dicunt Lo-  
gici sumpta ex earum causa: nam vt diximus proprie  
ex corde procedunt oppresso pena, dolore, & pro pec-  
tristitia concepta ex alicuius boni naufragio, <sup>caus ef-</sup>  
vel mali alicuius incurfu, & norunt omnes in-  
funditur. Ratio 1.  
hil nobis grauius inferre posse detrimetum,  
nec bono priuare meliori, quam vnum pecca-  
tum mortiferum: etenim per illud gemma per-  
ditur pretiosa gratie, quæ titulus quidam est fe-  
curus & irrefragabilis ad eternæ vitæ consecu-  
tionem. Considera quam grauius doleret ille, qui  
litteras amisisset autenticas, quibus ius haberet  
ad immensas facultates, quibus nemo contradi-  
cat. Quod si titulus esset ad dignitatem quandam  
primariam: quod si ad regnum: quod si ad mun-  
di dominium? quid ergo erit eius amittere ad  
omnia tegna, Deique facultates? Perdentur Spi-  
ritus S. Charismata, quorum vel minimum plu-  
ris valet, quam quidquid dare possunt monar-  
cha potentissimi. Iacturam incurruunt viuites in-  
fusæ (& dux quæ possunt manere, fides scilicet  
& spes mortuæ sunt) quarum minima omnibus  
preponderat gemmis & montibus quæ tota po-  
tenti natura constaret perire animæ vitæ tantò pre-  
tiosior vitæ corporis, quanto præualet adamas  
pretiosissimus sordido luto, & sydera iterquili-  
nio.

Te ipsum misere perdidisti, inquit Diu. Cypria-  
nus: etenim cum hac iactura lucra omnia nulli s-  
sunt estimationis: Quid enim prodest homini si m. Matt. 16.  
dum 26.